

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Münzgeschichte des Zähringen-Badischen Fürstenhauses und der unter seinem Scepter vereinigten Städte und Landschaften

Berstett, Christian Jakob August

Freiburg im Breisgau, 1846

König Heinrich III. ertheilt dem Grafen Eberhard zu Nellenburg die
Münzgerechtigkeit in dem Flecken Schaffhausen 10. Juli 1045

[urn:nbn:de:bsz:31-383412](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-383412)

König Heinrich III. ertheilt dem Grafen Eberhard zu Nellenburg die Münzgerechtigkeit in dem Flecken Schaffhausen 10. Juli 1045.

In nomine Sancte et individue Trinitatis Hainricus divina favente clemencia rex Omnium dei nostrique, fidelium tam futurorum quam presencium Sollers industria noverit qualiter nos ab amore ac petitionem agnetis Regine nostre contestatis dilecte vel non ob fidele et devotum eius famulamen nostro fideli Eberhardo comiti Regia nostra benivolentia et auctoritate ius et potestatem propriam Monetam in villa Scaffusen dicta et in comitatu Odalrici comitis atque in pago Cleggowe dicto sita habendi concessimus. Ea videlicet racione ut predictus Eberhardus liberam dehinc potestatem habeat. eodem modo prefata Moneta uti. quo et ceteri a Regibus vel imperatoribus sibi predicti. Huc usque soliti sunt frui. Et ut hec Regie nostre tradicionis liberalis auctoritas stabilis et inconvulsa pro succedencium Moneta temporum maneat. Hanc cartam in de conscriptam manu propria ut infra poterit uidem corroborantes. Sigilli nostri impressione iussimus.

Signum domini Heinrichi Tertii Regis invictissimi Data VI. Idus Julii. Anno dominici incarnationis MXLV. Indictione XIII. Anno autem domini Heinrichi tertii ordinacionis ejus XVII. Regni vero eius VII. Actum Colonia ind noie feliciter. Amen.

Das Original befindet sich im Stadtarchiv zu Schaffhausen.

Cunradus Imp. confirmat Ortliebo Episcopo Bas. donationem utriusque castri Waldeck ac eidem dat jus monetae in civitate Basil.

(Ex cod. Urstisii.) — A. 1149. 1. Jun.

In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Cunradus divina favente clementia, Romanorum rex secundus Augustus.

Piæ postulatio voluntatis affectu debet prosequente compleri, ut devotionis Sinceritas laudabiliter evitescat, et utilitas postulata Vires indubit anter assumat. Præcipue autem illorum Voluntatem efficacius promovendam et commoditatem pii desyderatem, propensiori fructui mancipandam esse decrevimus quorum fidem et devotionis constantiam circa Regni honorem et personæ nostræ salutem, tam in prosperis quam in adversis multis et magnis rerum experimentis cognovimus. Eapropter omnium tam futurorum quam præsentium noverit industria; qualiter nos siquidem Conradus, divina favente clementia Romanorum Rex secundus Augustus per gratiam Dei, post multos labores longæ peregrinationis nostræ incolumes ad propria reversi eos qui cursum tanti laboris nobiscum fideliter peregerunt prout decet regiam munificentiam liberalissime remunerare statuimus. Inter quos venerabilem, dilectissimum ac fidelissimum nostrum Ortliebum Basil. Episcopum., qui per diversa pericula, etiam usque ad desperationem vitæ regno et nobis fideliter obsequendo, astitit, tamque eum quam Ecclesiam cui præsidet, specialis prærogativa gratiæ ac dilectionis nostræ de cetero amplecti manutene, honorare et promovere dignum diximus atque decrevimus.

Itaque quatenus Ecclesia ejus pro aliis, tam à nobis quam a filio nostro Rege Henrico hoc gratiæ nostræ donum, privilegii nostri auctoritate corroboratum deinceps obtineat, scilicet, ut bona Episcopij